me video · idcirco vita mea nō eſt talis ·
ut amabilis paternitas tua me adta
ntam dignitatē ꝓmouere queat · Er
go noli deprecacione meā abicere · ſed
dn̄i ꝓuocatꝰ mādatis · incipe ſalubre
iter · viamq̄ʒ veritatis deſiderantibꝫ
aperi · poſtea michi ſeruo dei indigno
quādo paternitati tue placuerit · ſcm̄
benignitatis munꝰ impende · ne reſu
tare videar q̄ a dn̄o diſpoſita ſūt ſup
me ſeruū eiꝰ · Et dū hec diceret · viderūt
ambo · ideſt wichpertꝰ et theodorus ·
coronā ſplendidiſſimā adherentem
capiti eiꝰ ī modū rote · circa ſolem
ī nubibꝫ fulgentē · Continuo ſurgens
epꝰ · amplexatꝰ eſt eū · et oſculās oculos
et os eiꝰ dixit · Deꝰ omp̄s q̄ ꝑ potenciā
maieſtatis ſue in te tantam virtutem
oſtendere dignatꝰ eſt · ut ꝑ eiꝰ amore
patriam tuam derelinqueres · et p̄ce
pta eiꝰ cōſeruares · ipſe te faciet locū
a deo tibi deſtinatū cuſtodire et ſubli
mare cooperante grā ſpūs ſcī · Et rn̄dit
theodorꝰ amen · Roger iterū inquit
epꝰ · Bene vocat iſte locꝰ epthaticus ·
quia ī medio conſtat īter monaſteriū
bte afre · et cellulā tuā · His dictis · ſu
rrexit venerabilis epꝰ · et ꝓfectꝰ eſt
ad caſtrū campidonenſe · deſcenditq̄ʒ
cū illo btꝰ magnꝰ · comitante ſimul
cū eis theodoro · et venerunt ad caſtrū ·
Conuocata aūt multitudine ppl̄i in die
ſollempni · dedicacionis huius eccleſie
vir venerabilis epꝰ p̄dicacōis dulcedie
auidorū corda refecit · Sicq̄ʒ peticione
eiꝰ · btꝰ magnꝰ poſt ea q̄ ipſe dixerat ·
tanta ſapiencie luce veſtiuit corda
ppl̄orū · ut cū ſumma gratulacione au
ditꝰ et ineffabili veneracione · ac cūctorꝫ
ſit honore ornatꝰ · Biduo itaq̄ʒ ibidē
manentes · cū graciarū actione · ppl̄o
q̄ʒ benediccione tanti patris armato ·
et ab epō oſculo pacis tributo · ad ſua
reuerſi ſunt · venerabilis epꝰ · et ſcīſſimꝰ
abba · relinquētes theodorū · ad cuſto
diendam eccleſiā campidonenſem :·
Beato itaq̄ʒ magno morātē ī cen
21 obio ſuo qđ ſibi parauiat ad fauces ·
ꝓ viginti quinq̄ʒ annos magnas

virtutes ibi opatꝰ eſt deꝰ ꝑ eū · illumi
nans cecos · prebens ſurdis auditum ·
demonia a plurimis eiciens · claudica
tibꝫ tribuens greſſū · ſicq̄ʒ docuit ppl̄m
et conuertit ad fidem xp̄i · et ad creduli
tatē eiꝰ · ut relinquerēt ydola vana et
ſurda · et crederent in dn̄m ih̄m xp̄m ·
Inſup eciā ꝑ oracione eiꝰ oſtēdit deꝰ
venas ferri ī montibꝫ circo poſitis ·
ita · Poſt ſuſceptam enim benediccōꝫ
ſacerdotalem · Cū ipſe circuiret mōtes
et colles ꝑ diuerſa loca · explorās et
intuens plurima loca · apta ad ma
nendū · Quadam die aſcēdēs ī monte
excelſū · qui vocat ſwiling · inuenit
ibi plurimos urſos cōmorantes in
maxima ferocitate · ſʒ facta oracīoe
ceperūt ante eū tam mites incedere ·
veluti boues qui ante bubulcū ꝑgūt ·
ita irent ante eū · Vir ergo ſcꝰ ꝓſtra
uit ſe in figura crucis ad terram · et
p̄ces deuotas dn̄o effudit · ut populo
in illo pago moranti · aliqđ adminicu
lū p̄beret ad victualia acquirenda ·
Interea urſꝰ unꝰ appinquās ad eum
cū magna mitigacione cepit cū pede
mōſtrare abietem magnā · quaſi
ſignificās · q̄ ſub ipſa arbore · copia
venarū ferri eſſet · Hoc ut homo dei
vidit · dixit ad feram · Precipio tibi in
noīe dn̄i mei · ut ad ipſam abietem
eas · et quia ſecurim nō habemꝰ neq̄ʒ
foſſoriū · ut poſſimꝰ radices eiꝰ ina
dere neq̄ʒ effodere · tu in noīe dn̄i
cū pedibꝫ et dentibꝫ tuis radices eiꝰ
euelle rumpendo · quatinꝰ nobis dn̄s
demōſtret ſuā volūtatem · ī adiutorio
ppl̄i iſtiꝰ terre · Ad eiꝰ ergo p̄ceptū
belua cōuerſa · cepit radices arboris
rumpe · et cū dentibꝫ frangē · illa vō
cū radice funditꝰ ab orſo effoſſa cor
ruit · Vir denique benigniſſimꝰ gracias
deo agens · aſſūmēs panem de pera
ſua · integrū famulanti porrexit · et
ei ita p̄cepit · In noīe dn̄i mei ih̄u xp̄i ·
pane iſtū manduca · et ſequere me ·
atq̄ʒ ad iſtū locū · hominē quem tibi
mōſtrauero · abſq̄ʒ ulla leſione add
ucere ſtude · defendēs eū ab aliis feris ·

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. f.%2042v – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/en/vad/0070/f.%2042v)